Darauf deutete die Wahrnehmung hin, dass der Beutel eines reifen Staubgefässes mehrfach der Narbe auflag, diese feucht, die Honigdrüsen gleichzeitig aber trocken waren. In solchen Fällen, wie sie häufiger zu sein scheinen, wird zur Zeit, als die Drüsen ihren reichlichsten Honig absonderten, eine Bestäubung wegen der unvollkommenen Einrichtung der Blume unterblieben und daher nun nachträglich die Selbstbestäubung in Wirksamkeit gesetzt sein.[1])

Bemerkt sei noch, dass die Blüte von *Erodium cicutarium* vielfach zur Zygomorphie neigt, welche sich in der Krone bemerkbar macht. Zwei Kronblätter sind nämlich oft (aber nicht immer) kleiner als die anderen drei und besitzen am Grunde einen schwarzen oder schwarzgrauen oder schwarz und weiss gesprenkelten Fleck (Saftmal).[2])

(Schluss folgt.)

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XXIV.

1001. *Stereocaulon cornutum* Müll. Arg., podetia in caespites connata, 6—7 cm. longa, valida, simplicia v. apice breviter et divergenter bifurcata, recta v. curvata, sensim cornuto-acuminata, valide granuloso-squamulosa; axis $1^1/_2$ mm. latus, albidus, subfarinulentus, haud distincte arachnoideus, apicem versus nudior, caeterum squamulis crassis et latis obtuse inciso-lobatis tectus, inferne cum squamulis 3—4 mm. latus; apothecia omnia lateralia, sessilia et breviter podicellata, podicellis diametro axeos 2—3-plo brevioribus, juniora distincte lecanorina margine pallido integro cincta, demum biatorina et nigro-fusca, $^7/_{10}$—1 mm. lata; sporae 28—32 μ longae et $3^1/_2$—$4^1/_2$ μ latae, (2—) 4-locu-

[1]) Vergl. auch H. Müller, Befruchtung der Blumen durch Insekten. S. 167.

[2]) Siehe auch Sprengel, Das entd. Geheimnis d. Nat. S. 339. Er giebt an, dass — abgesehen von der Krone — die Blume völlig regulär sei. H. Müller giebt in den „Alpenblumen" an, dass er auch eine Irregularität der Honigbehälter bemerkt habe (S. 178). Ebenda berichtet er auch, dass er Exemplare ohne Saftmal gesehen habe. — Derartige Exemplare fand ich im Juni 1885 bei dem grossen Wasserturm von Westend bei Berlin.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03550-0254-9

lares, utrinque obtusiusculae. — Species insignis, affinis *St. graminoso* Schaer. et *St. verrucifero* Nyl. — In montanis Jamaicae prope Gordon-Town (comm. cl. Joshua).

1002. *Stereocaulon proximum* Nyl. v. *nudatum* Müll. Arg.; podetia 3—6 cm. longa, distincte graciliora (quam in planta genuina speciei), fere a basi ramosa, cum ramis superne verrucoso-corticata, caeterum nuda, glabra, circa medium fibrillosa, inferne longo tractu v. etiam fere usque ad apicem ecorticata et cartilagineo-laevissima, osseo-alba aut albida. — Gonidia et sporae omnino ut in specie. — A *St. proximo* v. *macrocarpoide* (Nyl.) differt podetiis multo gracilioribus, magis albidis et longo tractu decorticato-laevigatis. — In Australia ad Brogers Creek: Bäuerlen n. 10 (comm. Dr. F. v. Müller), et dein in Australia Felice (ex hb. Hampeano).

1003. *Cladonia rangiferina* Hoffm. v. *intricata* Müll. Arg.; podetia alba v. stramineo-alba, 2—3-pollicaria, suberecta, tenuia, primaria $\frac{4-5}{10}$ mm. crassa, undique laxe patenter et subintricatim ramuligeri, ramilli ultimi laeves, divergenter bifurcati, extremitates pallide ustulatae. — Superficies ramulorum minus soluta et podetia minus translucenti-tenuia quam in var. *pycnoclada*, tota tenuior et magis intricatim ramulosa quam in var. *alpestri* et v. *sylvatica* et v. *crispatula*. — In montanis Jamaicae ad Gordon-Town: J. Hart (comm. cl. Joshua n. 71).

1004. *Cladonia ceranoides* Schaer. v. *multipartita* Müll. Arg.; podetia 2—3-pollicaria, fuscescentia v. hinc inde superne albida et decorticata, superne scyphis evanescentibus prolificatione breviuscule et fastigiatim subrepetito-multipartita, minute squamulosa, inferne autem foliolis pro genere magnis subbipinnatipartitis ornata. — Var. insignis, fastigiatim multiramulosa et inferne simul macrophylla; foliola magnitudine ad illa *Cl. Dillenianae* Flk. accedunt. Cyphi nonnulli speciminis aperti sunt. — Ad terram in montibus insulae Jamaicae prope Gordon-Town: J. Hart (comm. cl. Joshua).

1005. *Cladonia pityrea* v. *subsquamosa*; *Cladonia delicata* v. *subsquamosa* Leight. Lich. of Ceyl. n. 12; podetia subpollicaria, pallida, superne e continuo mox grosse disrupto-granulosa, demum lepidoto-pulveracea et parce foliolosa, superne distincte aut leviter aut non scyphoso-incrassata. — In Ceylonia: Thwaites, et in Australia ad Upper Namoi River in territ. New South Wales: Dr. Crawford n. 3.

— — v. *foliolosa*; *Cladonia lepidula* v. *foliolosa* Müll. Arg. L.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03550-0255-5

B. n. 552; podetia semipollicaria, nigrescentia, rigidula, squamuloso-granulosa et parce foliolosa, apice usque ad apothecia cylindrica, sc. non distincte scyphoso-incrassata. — A *Cl. lepidula*, quae tenella et debilis, separanda est, ut jam antea cl. Wainio mihi indigitavit et mediante varietate praecedente pulchre cum *Cl. pityrea* conjungitur. — In Australia ad Twofold Bay: White.

1006. *Usnea dasypogoides* Nyl. v. *cladoblephara* Müll. Arg.; rami majores minute papillosi, reliqui tenues laevissimi; apothecia parvula, ad marginem et paullo infra marginem ciliis pro parte simplicibus elongatis et aliis majoribus diametro apotheciorum 2—4-plo longioribus et patenter ramilligeris ornata. — Corticola in Jamaica ad Gordon-Town: J. Hart (comm. cl. Joshua n. 66).

— — v. *angulosa* Müll. Arg.; tenella, erecta; rami primarii saltem inferne teretes, superne cum ramis et ramulis obsolete sorediosis leviter lacunoso angulosi. — Habitus ut in v. *sorediosula*, sed rami et ramilli fere ut in *U. lacunosa* angulosi. — Upper Swan River in Australia occidentali: Miss Sewell.

1007. *Sticta Karstenii* Müll. Arg. β. *linearis*; laciniae tantum 1—$1^1/_3$ mm. latae, similes lobis ultimis *S. multifidae* Laur. aut laciniis *S. stenophyllae* Müll. Arg. L. B. n. 403, sed ab illa differt pagina infera nuda et ab hac divisionibus magis lineari-elongatis tenuioribus et pseudocyphellis tantum rudimentariis perexiguis et raris. — In Queensland Australiae orientalis, ubi etiam forma normalis speciei, cum *Lobaria pulmonacea* v. *papillaris* [Del.] et var. *hypomela* [Del.], ad Clarence River, Maclay River et Moona Walcha et Blumfields River (Miss Thorneston, Rev. Crawford, Akbrawford et Miss Bauer).

1008. *Sticta Filix* Hoffm. Plant. Lichenos. t. 55 v. *myrioloba* Müll. Arg.; tota planta distincte gracilior, secus margines fere undique lobulis parvis corallino-linearibus v. fere opuntioideis saepe aggregatis crebre ornata. — Sterilis tantum nota, at gonidia vera, habitus, colores partium, frondis stipitatae pagina infera inferne valide prominenter costata et cyphellae bene cum specie conveniunt. — In Australia orientali et austro-orientali, ad Toowoomba: Hartmann, et M'Leay River: Rudder, et Richmond River: Camara n. 50, ubi etiam *Sticta Camarae* Müll. Arg. L. B. n. 402 et 563, primum sterilis, dein cum apotheciis sed absque basi frondium visa, nunc bonis speciminibus recepta (Hartm. n. 22) definite breviter stipitata est et omnino

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03550-0256-0

eadem est ac *St. dichotomoides* Nyl. Syn. p. 355 (fide specim. taïtens. a cl. Vesco lecti).

1009. *Knightiella* Müll. Arg. Thallus foliaceo-parmeliaceus, laciniosus, rhizinis fasciculatis affixus, cyphellis destitutus; gonidia laete viridia, in quaque cellula generatrice diu persistente numerosa, cellulae generatrices glomeratim cohaerentes; apothecia facie superiore thalli inserta, gymnocarpica, lecanorina; paraphyses liberae; sporae hyalinae, transversim divisae. — Juxta *Ricasoliam* locanda. Gonidia vera praeter colorem laete viridem prima fronte glomerulos gonimiales *Stictinae* simulant, sed vere quasi gradum magis compositum structurae referunt *Cystococci* Naeg. (Einzell. Alg. p. 84 t. 3 E), aut, excepto colore, *Microcystidis* Kütz. (Tab. phyc. I. t. 8—9). — Genus in honorem cl. Dr. Ch. Knight, F. L. S., de Lichenographia Novae Zelandiae et regionis New South Wales Australiae bene meriti dicatum est.

1010. *Knightiella leucocarpa* Müll. Arg., thallus diametro vix pollicaris, argillaceo- v. subcinereo-albidus; laciniae breves, inciso-crenatae, caeterum subintegrae, lobis rotundatis, planae v. margine subundulatae, subtus lacteae et rhizinis nigris fasciculatis distantibus praeditae; gonidia 4—8 μ lata, primum ob mutuam pressionem angulosa, dein globosa, microgonidia pauca includentia, membranula pertenui et hyalina distincta praedita; apothecia pauca, in laciniis sparsa, sessilia, 1—3 mm. lata, crasse thallino-marginata, margo integer, discus planus, vix margine superatus, junior subfarinoso-albus, dein albido-carneus; paraphyses capillares, parum copiosae; asci lineares, 1-seriatim 8-spori; sporae hyalinae, fusiformes, 18—22 μ longae, 5—8 μ latae, 2-loculares v. raro (dissepimentis 2) et 3-loculares. — Mt. William in Australia, altit. 5000 ped.: Sullivan n. 85.

1011. *Parmelia virens* Müll. Arg.; thallus laciniatus, rigidus, supra obscure olivaceo-virens, laevis, subtus hinc inde ad margines albidus, caeterum fusco-niger, nigro-tomentosus v. hinc inde versus marginem latius v. angustius glaber; laciniae sinuato-lobatae; apothecia subpodicellata, alte urceolata, extus laevia aut reticulatim rugosa, margo integer v. demum crenatus, nudus; discus rufo-brunneus, nudus (centro haud raro ut in affinibus pertusus); sporae octonae, globoso-ellipsoideae, 8—11 μ longae, 7—8 μ latae. — Sporarum forma ut in *P. sphaerospora*, habitus autem ut in *P. abessinica*, v. etiam fere ut in *P. perforata*, sed thallus rigidior, sub lente non minute reticulatus, sub-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03550-0257-6

tus ad marginem pro parte albus et sporae minores et subglobosae. — Corticola ad Toowoomba in Australiae regione Queensland: Hartmann.

—— *β. sorediata*; margines loborum undulati, albo-sorediosi. — Cum forma normali: Hartmann.

1012. *Parmelia tiliacea* v. *feracissima* Müll. Arg.; laciniae arcte adpressae, ad peripheriam tantum distinctae, supra laeves, subtus nigro-rhizinosae, undique fere usque ad imum marginem creberrime apotheciis abortivis exiguis obtectae. — Laciniae thalli inter plantam genuinam speciei et v. *sublaevigatam* Nyl. medium tenere videntur, supra haud rugosae (at non nisi versus marginem ultimum perspicuae, caeterum apotheciorum initiis occultatae sunt). Apotheciorum subevolutorum margo ipse copiose fert spermogonia. — Corticola prope Guntawang in Australiae prov. New South Wales: Hamilton n. 5.

1013. *Parmelia brachyphylla* Müll. Arg.; thallus microphyllinus, imbricatim et sparsim laciniosus, coerulescenti- v. glauco-albidus, nitidulus; laciniae 1—$2^1/_2$ mm. longae et subduplo longiores quam latae v. rarius majores, subcuneatae, inciso-paucilobatae, undique arcte adpressae, convexulae et laeves, subtus nigrae et brevissime et parce atro-rhizinosae, margine hinc inde obfuscatae; apothecia parva, $^3/_4$—1 mm. lata, sessilia, margine thallino tenui integro cincta (demum $1^1/_2$ mm. lata, at deformata et livido-expallentia); discus fuscus, nudus; epithecium fuscum; sporae in ascis angustis 8-nae, $6^1/_2$—10 μ longae et $4^1/_2$—$5^1/_2$ μ latae. — Exiguitate laciniarum thalli et apotheciorum distincta. A formis depauperatis *P. tiliaceae* recedit colore *Physciae pulchellae* thalli et laciniis arctius adpressis et minutie apotheciorum. Horum discus ut in *Lecanora badia* coloratus est, sed exiguus est. — Saxicola prope Lydenburg in territorio Transwaal: Dr. Wilms (comm. Dr. Lahm).

1014. *Parmelia proboscidea* v. *aspera* Müll. Arg.; laciniae margine modice atro-ciliatae, non adscendentes, supra isidioso-scabrae, subtus pallidiores. — Ad Caracas: Dr. Ernst n. 71, et in Ash Island Novae Hollandiae ad Hunters River: Forde, et ad Upper Hunters River: Miss Carter.

1015. *Parmelia furcata* Müll. Arg.; thallus confertim caespitoso-laciniatus; laciniae dichotome divisae, furcatae, lineares, 1—2 mm. latae, supra plano-concavae, divisiones ultimae elongatae et saepe emarginatae aut bilobulatae, patentes, supra argillaceo-subflavicantes, nonnihil cinerascentes, laeves, subtus

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03550-0258-2

nudae et laeves et fusco-pallidae aut pallidius aut obscurius brunneae, haud rhizinigerae; apothecia parva, margo crenatus, discus fuscus et nudus. — Sporae haud evolutae. Proxime accedit ad similiter tinctam *P. hypoleiam* Nyl., sed laciniae non plano-convexiusculae, subtus (caeterum pallidiores) firme laeves et nudae speciem diversam indigitant. — Saxicola ut videtur, in Australiae prov. New South Wales: Leichhardt (comm. F. v. Mueller).

1016. *Parmelia ferax* Müll. Arg.; thallus quoad colorem utriusque paginae, indumentum inferioris, et apothecia ut in forma genuina *P. conspersae*, sed thalli laciniae centro v. fere undique latissime confluenti-connatae, in plagam continuam junctae, peripherice autem cum iis *P. conspersae* conformes, pars continua creberrime grosse plicato-granosa et crebre spermogonia et apothecia (raro bene evoluta) ferens, spermogonia et apothecia in vertice granorum nascentia; discus fusco-rufus; margo integer; sporae ellipsoideae, 13—16 μ longae et 7—8 μ latae, i. e. definite majores quam in comparata specie. — Corticola prope Guntawang in Australiae prov. New South Wales: Hamilton n. 2.

1017. *Parmelia physodes* v. *mesotropa* Müll. Arg.; laciniae thalli $1^1/_3$—2 mm. latae, undique discretae, conformes, leviter convexae et laeves, albidae, non sorediosae, subtus nigrae, apicem versus longiusculo tractu albae. — Medium tenet inter *P. physodem* normalem et ej. var. *mundatam*. — Ad Upper Hunter River Australiae: Miss Carter (comm. F. v. Müller).

1018. *Parmelia dichotoma* Müll. Arg.; laciniae thalli copiosae, imbricatae, circ. bipollicares, elongato-lineares, 1—2 mm. latae, pluries varie dichotome v. fere dichotome ramosae, supra plano-convexulae, glaucae, laevigatae, nitidulae, apice anguste obfuscatae, subtus plano-concavae et undique fuscae v. hinc inde albido-expallentes, undique laevigatae et nudae, haud foveolatae (apothecia ignota). — Species pulchre distincta, inter *P. physodem* et *P. hypotrypam* inserenda. Laciniae longe tenuiores quam in citatis speciebus, subtus haud tumentes, nec rugosae, nec sub apice foveolatae, e tota natura et pagina infera omnino nuda tamen evidenter iis proxima. — Saxicola videtur in Braidwood District Australiae, alt. 3700 pedum: Bäuerlen n. 204 (similiter ac reliquae australienses a cel. F. v. Müller benevole communicata).

1019. *Physcia tribacina* Nyl. v. *tenuis* Müll. Arg.; thalli laci-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03550-0259-0

niae abbreviatae, planae, quam in planta europaea 2—3-plo angustiores, tenues, confertim divisae, margine subadscendente sorediosо-crenulatae. Apothecia ignota. — Supra saxa ad Clarendon prope St. Vincents Gulf Australiae: Tepper n. 581.

1020. *Physcia Hamiltoni* Müll. Arg.; thallus squamulosus, fere psorinoides; squamulae circ. $^1/_2$ mm. longae, ad peripheriam subradientes, subovatae, crenulatae, adpressae, cinereae et laeves, subtus subpallidae, minute rhizinosae; apothecia parvula, $^3/_4$—$^6/_5$ mm. lata, adpresso-sessilia; margo cum thallo concolor et integer; discus nigro-fuscus; epithecium fuscum; hypothecium hyalinum; sporae in ascis 8-nae, 2-loculares, 33—40 μ longae, 15—18 μ latae. — Species thallo minute squamuloso, caeterum more Physciae rhizinis substrato affixo, apotheciis parvis et sporis pro genere sat magnis distincta est. — Corticola ad Guntawang in Australiae prov. New South Wales: Hamilton n. 10 pr. p.

(Fortsetzung folgt.)

Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

220. Willkomm, M.: Forstliche Flora von Deutschland und Oesterreich. 2. vielfach vermehrte, verbesserte und wesentlich veränderte Auflage. Erste Lieferung. Leipzig, Winter, 1886.
221. Karsten, G. in Rostock: Ueber die Anlage seitlicher Organe bei den Pflanzen. Mit 3 Tafeln. Leipzig, Engelmann, 1886.
222. Fünfstück, M.: Naturgeschichte des Pflanzenreichs. Grosser Pflanzenatlas mit Text für Schule und Haus. Stuttgart, Haenselmann, 1885.
223. Solereder, H.: Ueber den systematischen Wert der Holzstructur bei den Dicotyledonen. München, Oldenbourg, 1886.
224. Joly, Ch.: Note sur l'enseignement agricole en France et à l'Etranger. Paris, Rouguier et Co., 1886.

Redacteur: **Dr. Singer.** Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (**F. Huber**) in Regensburg.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03550-0260-1

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1886

Band/Volume: 69

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 252-258